

Enum. pl. alt. № 532. Enum. pl. Soong. № 503.)  
In collibus deserti Soongoro-Kirghisici. 1842.

- 185\*. *Tragopogon brevirostris* DC. Led. Fl. ross. II. p. 788.  
var? In deserto Soongoro-Kirghisico. 1843.
186. *Scorzonera purpurea* L. Led. Fl. alt. IV. p. 162. In  
mont. Kysyl Belda. Majo 1844.
187. *Scorzonera parviflora* Jacq. Led. Fl. alt. IV. p. 161.  
In pratensibus ad riv. Ablait. 1843.
188. *Scorzonera Marschalliana* C. A. M. Led. Fl. ross.  
II. p. 795. (*S. pubescens* DC. var. Kar. et Kir. Enum.  
pl. alt. № 543. Enum. pl. Soong. № 513.—*S. stricta*  
Kar. et Kir. Enum. pl. alt. № 542. Enum. pl. Soong.  
№ 512.). Inter montes Tarbagatai et Alatau 1844.
189. *Lactuca saligna* L. Led. Fl. alt. IV. p. 155. In mon-  
tibus Targabatai. 1843.
- 190\*. *Lactuca undulata* Led.  $\beta$  *dentata* DC. Prodr. VII. p.  
135. Caule a basi romoso; foliis caulinis lanceolatis  
basin versus attenuatis dentatis nec pinnatipartitis;  
caeterum genuinae L. undulatae Led. simillima. In  
deserto Soongoro Kirghisico prope Ajagus. 1842.
191. *Chondrilla stricta* Led. Fl. alt. IV. p. 146. In sabu-  
losis ad fl. Lepsa. Julio 1842.
192. *Chondrilla intybacea* Friv. Led. Fl. ross. II. p. 809.  
Cum praecedente.
- 193\*. *Chondrilla Soongorica* m.

C. caule a basi ramosissimo; ramis canescentibus  
angulatis; foliis radicalibus oblongo-obovatis runcina-  
tis, caulinis apiculo calloso terminatis lineari-setaceis  
integris aut linearibus denticulatis; capitulis longe pe-  
dunculatis paniculatis; involucre 8—9 phyllo incano;

acheniis striatis apicem versus breviter muricatis; rostro acheniis 3—4-plo brevioribus cum pappo deciduo.

Proxima videtur *C. piptocomae* F. et M., a qua sicut a *C. lejosperma* Kar. et Kir. differt ramis canescentibus, foliis caulinis nonnullis dentatis nec omnibus lineari filiformibus integerrimis; a *C. brevirostri* F. et M. praeter pubescentiam recedit rostro cum pappo deciduo; a *C. canescenti* Kar. et Kir. et *C. stricta* Led., quibuscum caeterum indumento convenit, foliis angustissimis rostri longitudine totoque habitu longe distat; forsitan cum *C. lejosperma* Kar. et Kir. conjungenda.

In arenosis Soongoriae ad fl. Lepsa. Julio 1842.

194. *Taraxacum officinale* Wigg. Led. Fl. ross. II. p. 812.

In alpidibus Narymensibus. Julio 1843.

195. *Taraxacum leucanthum* Led. Fl. ross. II. p. 815. (*T. bicolori* aff. Kar. et Kir. Enum. pl. alt. № 522.). In summis alpidibus Alatau ad fl. Sarchan. 1842.

196. *Taraxacum Stevenii* DC.  $\beta$  *sinuatus* Led. Fl. ross. II. p. 816.? In alpidibus Alatau. 1842.

197. *Taraxacum* (§ 2. *Taraxaca vera* DC.) *stenolobum* m.

*T.* foliis villosiusculis profunde pinnatipartitis; laciniis oblongo-linearibus vel lanceolatis rectangulo patentibus vel retrorsum versis integris aut plerumque unacum rachi dentatis; scapis primo arachnoideo-lanatis folio brevioribus demum glabrioribus folia excedentibus; involucri hemisphaerici squamis omnibus infra apicem corniculatis, exterioribus lato lanceolatis subimbricatis erecto patulis, interioribus lineari-lanceolatis erectis; acheniis lineari-obovatis striatis apice squamoso muricatis: striis exteriorum rugulosis, interiorum laevibus; rostro acheniis triplo longiori.